



The Holy See

IOANNES PAULUS PP. II LITTERAE APOSTOLICAE **MERITO INVOCATUR** IMAGO BEATAE MARIAE VIRGINIS
GRATIARUM, QUAE IN ECCLESIA
S. FRANCISCI ASSISIENSIS OPPIDI V.D. WIELICZKA COLITUR,
PRETIOSO DIADEMATE REDIMITUR Ad perpetuam rei memoriam. – Merito invocatur a populo fidei Beata Virgo Maria,
quae «mater nobis in ordine gratiae exstifit» (*Lumen gentium*, 61). Igitur, petente Eminentissimo Domino Francisco
Cardinali Macharski, Archiepiscopo Metropolita Cracoviensi, qui litteris die XV mensis Decembris superiore anno datis
communia vota cleri et Christifidelium expromit, concedimus libentes ut pulchra multisque gratiis praecclara imago Beatae
Mariae Virginis Gratiarum, quae in oppido v.d. Wieliczka in templo paroeciali sancto Francisco Assisiensi dicato ab
antiquis iam temporibus pie colitur, quamque Nos Ipsi olim venerati sumus, Nostro nomine et auctoritate pretioso
diademate redimiri possit. Contrariis quibuslibet rebus non obstantibus. *Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo*
Piscatoris, die XIV mensis Maii, anno MCMXCIV, Pontificatus Nostri sexto decimo. ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status © Copyright 1994 - Libreria Editrice Vaticana

Copyright © Dicastero per la Comunicazione - Libreria Editrice Vaticana